



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XXV. De Frenetico Sanato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

incendio vastaretur, hanc ædiculam suam beatus martyr in medijs flammis positam liberavit? Sed moneo vt illius calamitatis memores, nec IULIVM ipsum nec IULII HASTAM nec statuas idolorum vel simulachra vllomodo colatis, denuò pristina mala iterantes, ne mortem, pestilentiam, incendia, bella, diuina incurratis vltione. hæc his similia Dei seruus ad eruditionem populi blanda oratione loquebatur.

DE PVERO SANATO.

XXIV.

DE vero quadam miles habens filium lunaticum, benedicendum cum obrulit Episcopo, adductis cum eo quatuor bubus pascualibus, donorum gratiam pro benedictione. Sed doctor bonus manus suas excutere suetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit, ipsum autem puerum cum patre ac donarijs ad papilionem suum, vbi capsæ ac reliquiæ Sanctorum erant, deduci iubet, vt ibi, si vellent, facta oratione & oblatione Dei misericordiam inuocarent. Vadunt; sanatur puer: gratias agunt.

DE FRENETICO SANATO.

XXV.

MILES quidam frenesi ac demétia interdum capitis languore vexatus, in loco, vbi ad orandum steterant pedes eius, sese proijciens, sanitatem orans obtinuit.

DE